

Folia alterna, linearia, apice valde acuta (Lini), basi amplexicaulia, sessilia, uncialia vel biuncialia, glaberrima.

Flores in umbellas terminales & laterales ex alis foliorum pedunculatas. *Pedunculus* semuncialis.

Umbella universalis, radiis in ambitu 5, in centro vero uno alterove vel nullo, adeoque quinque- s. octofida. *Partiales* umbellulæ (h. t. confertæ, cum flores nondum explicaverint), similiter in ambitu radiis quinque, in centro pluribus, ut videtur.

CAL. *Involucrum universale* pentaphyllum: foliolis brevibus, acutis, singulis singulo radio subjectis.

Involucrum parziale pentaphyllum, consimile.

COR. lutea &c.

Fine mensis Junii nondum flores explicavit.

Differt ab alia specie Bupleuro fruticoso quam circa Sintram in Lusitania legi, foliis, sed præsertim involucri duplicibus, quæ omnino defuerunt in illa,